

ergo & matrem & eius sponsum debuit inde habere, vt per sponsum genealogizaretur mater, & Christus.

Secundo ratione sanctitatis, quia cum beata virgo esset super omnia Deo dilecta, & sanctissima, decuit diuinae charitatis, vt talem virum prouideret eidem in sponsum, quae esset Deo dilectissimus & sanctissimus, vt esset cū hoc testis idoneus virginitatis & sanctitatis illius, ac custos, & minister familiaris atq; nutricius charitatis amicitiae cōiunctus eidem prae omnibus, vnde & talis cōiunctus maritalis societatis valde requiritur animorum cōcordiam, morum, & actuum similitudinem, ac generis, ac parilitatis & hmoi, quia similitudo est causa dilectionis, sicut dissimilitudo est causa discordiae, sed talis creditur fuisse Ioseph, quia de eo scribitur

*Similitudo cō dilectissimi.*

Matth. 1. q̄ erat iustus. Si iustitia generali, quae comprehendit om̄em virtutem, ex 5. Ethic. sane ergo credendum puto, q̄ nullus eo tūc sanctior, & magis idoneus fuit diuino iudicio ad talem dignitatem inuentus: Vnde Deus praeordinauit ut. f. Primo Ioseph ex omnibus hoibus mundi solus esset putatiuus Christi pater, & nutricius fidelissimus, & hoc priuilegiū Deus altissimus contulit sibi ex charitate singulari. Secundo priuilegiū generositatis regiae Dauid, sicut & Maria fuit. Tertio sanctitatis, vt pote esset in nocentissimus & iustus, oī virtute plenus. Quarto etiam virginitatis,

*Laudat Ioseph ex multis priuilegijs.*

En Aug. supra & doct̄ communiter, fuit virgo purissimus, quia cum Christus in morte matrem non commendauit alteri quam uirgini Ioanni, sequitur q̄ nec ipsi Ioseph antea commendasset, nisi virgo fuisset: Vnde liber de infantia saluatoris reprobat, vbi dicitur q̄ Ioseph antea habuit aliam uxorem. Quinto priuilegiū maximae puritatis in animo. Sexto diuinae charitatis. Septimo consolationis in Christo: Vnde creditur secundum Vbertinum de Casali, q̄ beata virgo intantum fuit certificata, vt crederet indubitanter, quoniam Ioseph nūquam vellet eam carnaliter concupiscere, sed sibi purissimo diuino amore deseruire, & in amplexibus Christi Iesu maxime consolabatur. Item priuilegia plura eius transeo. Vnde patet q̄ beata virgo ex Dei ordinatio-

ne, & charitate debuit habere huiusmodi sponsum.

Tertia ratio ex parte artis & conditionis propter conuenientiam mysterij charitatis & humilitatis.

Si enim quaeratur: Cur Deus noluit matrem suam desponsari alteri quam fabro lignario. f. Ioseph? Respondetur breuiter fm̄ e. Alb. & alios doc. q̄ tenendum est pro regula, uidelicet q̄ hęc facta desponsatio matris Dei taliter & tali viro sancto debuit fieri, ut & humilitas commendaretur nobis in exemplum, & sancta charitas, ac cum hoc significationi mysterij diuinae incarnationis, nostraeq; reparationis conueniret: Proinde beata virgo non debuit desponsari alicui regi magno, quia sic humilitas & charitas Christi, quae se humiliavit ad pauperatē propter nos non claret: Nec debuit desponsari pastori, nec piscatori, nec alterius artis viro quā fabro lignario, quia licet humilitas in alijs claresceret, tñ non intantum conueniebat mysterio, sicut desponsato facta fabro lignario, quia per hoc ostenditur, q̄ beata uirgo desponsabatur a Deo, qui fabricauit omnia: & per lignum. seruicij operaretur salutem hominum ex charitate, & cum hoc humilitas matris Dei nobis commendatur, cum tante dignitatis uirgo est vxor fabri.

*Humilitas Mariae.*

*S. 15.*

VTRVM Ioseph, quando desponsauit beatam uirginē fuerit gratis senilis, aut iuuenilis? Respondetur ex scriptura, & doctorum rationibus q̄ nō est credendum Ioseph tūc fuisse vetulum aut senem, sed potius iuuenē. Probat, primo, quia Esa. 52. dicit: Habitabat iuuenes cum uirgine & gaudebit sponus super sponsam: Ibi gl. interli. dicit: Habitabit iuuenes Ioseph cum Maria uirgine &c. Vnde patet q̄ debuit esse iuuenis ad commendandum diuinum miraculum propheticū de cohabitatione iuuenis cū uirgine mundissima continētia. Secundo probatur ratione, quia hęc desponsatio fiebat Deo uolente, ut Ioseph obsequium praestare uirgini, & puero Christo usq; ad aetate petescētā, siue fugiendo in Aegyptum, siue redeundo &c. & talia non potuisset facere si senis fuisset contraetus, sed potius fuisset onerosus uirgini. Tertio probatur, quia